

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber nonus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MA-
RONIS AENEIDOS

Liber nonus.



Tq; ea diuersa penitus dom
parte geruntur,
Irim de cælo misit Saturnia
luno

Audacem ad Turnum, lucu
dum fortè parentis
Pylumni Turnus sacra
valle sedebat.

Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
Turne, quod optanti diuim promittere nemo
Auderet, voluenda dies en^{detulit} vltro.
Aeneas, vrbe, & socijs, & classe relictâ,
Sceptra Palatini, sedemq; petiuit Euandri.
Nec satis: extremas Corui penetrauit ad vrbes:
Lydorumq; manum, collectos armat agrestes. (tur
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere cur-
Rumpe moras omneis, & turbata arripe castra.
Dixit: & in cælum paribus se sustulit alijs,
Ingentemq; fuga secuit sub nubibus arcum.
Agnouit iuuenis, duplicesq; ad sidera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:
Iri decus cæli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? vnde hac tam clara repente

Tempestas? video medium discindere cœlum,
 Palantesq; polo stellas. sequor omnia tanta,
 Quisquis in arma vocas. & sic effatus ad vnam
 Procepsit, summoq; hausit de gurgite lymphas,
 Multa deos orans, oneravitq; æthera votis:
 Iamq; omnis campus exercitus ibat apertus,
 Diues equitum, diues pictæ vestis & auri.
 Messapus primas acies, postrema coercens *agantem et*
 Tyribide iuvenes: medio dux agmine Turnus *menelag*
 Venitur, arma tenens, & toto vertice supra est:
 Ceu septem surgens sedatis annibus altus
 Per tactum Ganges, aut pingui flumine Nilus,
 Cum refliuit campus, & iam se condidit alueo.
 Hic fabram nigro glomerari pulvere nubem
 Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis:
 Primas ab aduersa conclamat mole Caius:
 Quis globus, ô ciues, caligine voluitur atra!
 Erte citi ferrum, date tela, scandite muros:
 Hostis adest. cia ingenti clamore per omnes
 Condunt se Teucri portas, & mœnia complent.
 Namq; ita discedens præceperat optimus armis
 Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,
 Ne struere auderent acies, neu credere campo:
 Castra modò, & tutos seruarent aggere muros.
 Ergo, etsi conferre manum pudor iraq; monstrat,
 Obiiciunt portas tamen, & præcepta facessunt:
 Armatisq; cauis expectant turribus hostem.
 Turnus, ut ante volans tardum præcesserat agmen
 Viginti lectis equitum comitatus, & vrbi

Impro-

Improvisus adest : maculis quem Thracius albi
 Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra.
 Equus erit mecum, iuvenes, qui primus in hostem
 En, ait, & iaculum intorquens emittit in auras,
 Principium pugna : & campo sese arduus infert.
 Clamore excipiunt socii, fremituq; sequuntur
 Horrisono, Teucrum mirantur inertia corda,
 Non a quo dare se campo, non obuia ferre
 Arma viros, sed castra fouere. huc turbidus atq; latus
 Lustrat equo muros, aditumq; per aua querit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Cum fremit ad caulas, ventos perpressus & imbre,
Nocte super media, tuti sub matribus agni
Balatum exercent : ille asper & improbus ira
Sauit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & sicca sanguine fauces :
 Haud aliter Rutulo muros & castra tuenti
 Ignescunt ira, & duris dolor ossibus ardet.
 Qua tentet ratione aditus, & qua via clausos
 Excutiat Teucros vallo, atq; effundat in aquor.
 Classsem, qua lateri castrorum adiuncta latebat,
 Aggeribus septam circum, & fluuiatibus unda,
 Inuadit : sociosq; incendia poscit ouantes :
 Atq; manum pinu flagranti feruidus implet.
 Tam vero incumbunt, vrget praesentia Turni,
 Atq; omnis facibus pubes accingitur atrii.
 Disipuere focos : piceum fert fumida lumen
 Teda, & commistam Vulcanus ad astra favillam.
 Quis deus, o Muse, tam seua incendia Teucris

Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
 Dicite, prisca fides facta, sed fama perennis,
 Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
 Aeneas classem, & pelagi petere alta parabat.
 Ipsa deum fertur genetrix Berecynthia magnum
 Vortibus his affata Iouem: da nato petenti,
 Quod tua cara parens domito te poscit olympo.
 Picea sylua mihi multos dilecta per annos,
 Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
 Nigra picea, trabibusq; obscurus acernis.
 Has ego Dardanio iuueni, cum clasis egeret,
 Lata dedi: nunc sollicitam timor anxius vrget.
 Solue metus, atq; hoc precibus sine posse parentem,
 Ne cursu quassata vlllo, neu turbine venti
 Vincantur: prosit nostris in montibus ortas.
 Filius huic contra torquet qui sidera mundi:
 O genitrix, quod fata vocas? aut quid petis istis?
 Mortaline manu facta immortale Carina
 Eni habeant? certusq; incerta pericula lustret
 Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
 Imò ubi defuncta, finem poriusq; tenebunt
 Ausonios, olim quacumq; euaserit vndis,
 Dardanumq; ducem Laurentia vexerit arua,
 Mortalem eripiam formam, magniq; iubebo
 Aequoris esse deas: qualis Nereia Doto,
 Et Galatea secant spurmantem pectore pontum.
 Dixerat: idq; ratum Stygij per flumina fratris,
 Per pice torrentes atraq; voragine ripas,
 Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.

Int. 10. Act. 13

106 Aa

Ergo

107

Ergo aderat promissa dies, & tempora Parca
 Debita complerant, cum Turni iniuria matrem
 Admonuit, sacris ratibus depellere tadas.
 Hic primum noua lux oculis effulsit, & ingens
 Visus ab aurora caelum transcurrere nimbis,
 Idaiq; chori: tum vox horrenda per auras
 Excidit, & Troiam Rutulorumq; agmina complat.
 Ne trepidate meas Teucris defendere naues,
 Neſſe armate manus: maria ante exurere Turni,
 Quam sacras dabitur pinus. vos ne ſoluite,
 Ite dea pelagi: gentrix iubet. & ſua quoq;
 Continuo puppes abrumpunt vincula ripae,
 Delphumq; modo demerſis aquora roſtris
 Iſſa petunt, hinc virgineae (mirabile monſtrum)
 Reddunt ſe totidem facies, pontog; feruntur:
 Quot prius eratae ſteterant ad littora prora:
 Obſtupuerunt animis Rutuli: conterritus ipſe
 Turbatus Meſſapus equis, cunctatur & annis
 Rauca ſonans, reuocatq; pedem Tyberinus ab alui.
 At non audaci ceſſit fiducia Turno:
 Vltro animos tollit dictis, atq; increpat vltro:
 Troianos hac monſtra petunt: his Iuppiter ipſe
 Auxilium ſolitum eripuit. non tela nec ignes
 Expectant Rutulos, ergo maria inuis Teucris,
 Nec ſpes vlla ſugae, rerum pars altera adempta eſt:
 Terra autem in manibus noſtris, tot millia gentes
 Arma ferunt Itale, nil me fatalia terrent,
 Si qua Phryges pra ſe iactant reſponſa deorum,
 Sat ſatis Veneriq; datum eſt, teigere quod arua

Fertilia Ausonia Troës, sunt & mea contra
 Fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
 Coniuge præcepta, nec solos tangit Atridas
 Iste dolor, solusq; licet capere arma Mycenis.
 Sed perisse semel satius est, peccare fuisse
 Ante satum, penitus modò non genus omne perosos
 Famineum: quibus hæc medijs fiducia valli,
 Fossarumq; mora, leti discrimina parua
 Dant animos: an non viderunt mœnia Troia
 Neptuni fabricata manu. considerare in ignes?
 Sed vos ô lecti, ferro quis scindere vallum
 Apparat? & mecum inuadit trepidantia castra?
 Non armis mihi Vulcani, non mille carinis *En. 8. 642*
 Est opus in Teucros, addant se protinus omnes
 Hetrusci socios: tenebras, & inertia furta
 Palladij cæsis summa custodibus arcis
 Ne timeant: nec equi cæca condemur in aluo:
 Luce palam certum est igni circumdare muros,
 Haud sibi cum Danaïs rem, saxo, & pube Pelasga
 Esse putent, decimū quos distulit Hector in annum.
 Nunc adeo melior quoniam pars acta diei est,
 Quod superest, leti bene gestis corpora rebus
 Procurate viri, & pugnam sperate parati.
 Interea vigilum excubijs obsidere portas
 Cura datur Messapo, & mœnia cingere flammis.
 Bis septem Rutuli, muros qui milite seruent,
 Delecti: ast illos centeni quemq; secuti
 Purpurei cristis iuuenes, auroq; corusci
 Discurrunt, variantq; vices, fusiq; per herbam

Indulgent vino, & vertunt crateras abenos:
Collucet ignes, noctem custodia ducit
In somnem ludo.

Hac super è vallo prospectant Troës, & armis
Alta tenent: nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontesq; & propugnacula iungunt,
Tela gerunt: instant Mnestheus, acerq; Decestor:
Quos pater Aeneas, si quando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistrum.
Omnis per muros legio sortita periculum
Excubat, exercetq; vices, quod cuiq; tuendum est.
Nisus erat porta custos, acerrimus armis
Hyrtacides: comitem Aenea quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem leuibusq; sagittis:
Et iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit Aeneadum, Troiana nec induit arma,
Ora puer prima signans intonsa iuuenta.
His amor vnus erat, pariterq; in bella ruebant:
Tunc quoq; communi portam statione tenebant.
Nisus ait: dyne hunc ardorem mentibus addunt
Euryale? an sua cuiq; deus sit dira cupido?
Aut pugna aut aliquid iamdudum innadere magnum
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est.
Cernis, quæ Rutulos habeat fiducia rerum:
Lumina rara micant: somno, vinoq; soluti
Procubuerè: silent latè loca: percipe porro
Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat
Aeneam acciri omnes, populosq; patresq;
Exposcunt, multiq; viros, qui certa reportent.

Si tibi, quæ posco, promittunt : (nam mihi facti
 Fama sat est) tumulto videor reperire sub illo
 Posse viam ad muros & moenia Pallantea.
 Obstupuit magno laudum percussus amore
 Euryalus, simul his ardentem affatur amicum :
 Mene igitur socium summus adiungere rebus
 Nisæ fugis ? solum te in tanta pericula mittam ?
 Non ita me genitor bellis assuetus Opheltes
 Argolicum terrorem inter Troiaq; labores
 Sublatum erudijt, nec tecum talia gessi,
 Magnanimum Aeneam & fata extrema secutus.
 Est hic, est animus lucis contemtor : & istum
 Qui vitæ bene credat emi, quod tendis, honorem.
 Nisus ad hæc : equidem de te nil tale verebar :
 Nec fas : non ita me referat tibi magnus ouantem
 Iuppiter, aut quicumq; oculus hæc aspicit æquis.
 Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)
 Si quis in aduersum rapiat casuue deuote,
 Te superesse velim : tua vitæ dignior ætas.
 Si qui me raptum pugna, precioſe redemptum
 Mandet humo solita, aut, si qua id fortuna vetabit,
 Absenti ferat inferias, decoratq; sepulcro.
 Neu matri misera tanti sim causa doloris :
 Quæ te sola puer, multis è matribus ausa,
 Prosequitur, magni nec mœnia curat Aceſta.
 Ille autem : causas ne quicquam nectis inanes,
 Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
 Acceleremus, ait, vigiles simul excitat. illi
 Succedunt, seruantq; vices. statione relicta

Ipse comes Niso graditur, regemq; requirunt.
 Cetera per terras omneis animalia somno
 Laxabant curas, & corda oblita laborum:
 Ductores Teucrum primi, & delecta iuuentus,
 Consilium summis regni de rebus habebant:
 Quid facerent, quisue Aenea iam nuncius esset.
 Stant longis annixi hastis, & scuta tenentes,
 Castrorum, & campi medio, tum Nisus, & via
 Euryalus, confestim alacres admittit orant:
 Rem magnam, preciumq; mora fore, primus laeta
 Accepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
 Tunc sic Hyrtacides: audite o mentibus aquis
 Aeneadae, neue hac nostris spectentur ab annis
 Qua ferimus. Rutuli somno vinoq; sepulti
 Conticuere: locum insidijs conspeximus ipsi,
 Qui patet in biuio porta, quae proxima ponto,
 Interrupti ignes, aterq; ad sidera sumus
 Erigitur, si fortuna permittitis uti,
 Quaesitum Aenean ad moenia Pallantea:
 Mox hic cum spolijs, ingenti cade peracta,
 Affore cernetis, nec nos via fallit euntem,
 Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem,
 Venatu assiduo & totum cognouimus annum.
 Hic annis grauis atq; animi maturus Alethes:
 Djs patrjs, quorum semper sub numine Troia est,
 Non tamen omnino Teucros delere paratis.
 Cum tales animos iuuenum, & tam certa tulistu
 Pectora, sic memorans humeros dextraiq; tenet
 Amborum, & vultum lacrymis atq; ora rigabat.

Qua vobis, qua digna, viri, pro talibus ausis
 Premia posse rear solui? pulcherrima primum
 Dæ, moresq; dabit, vestri, tum cætera reddet
 Aditum pius Aeneas, atq; integer æui
 Ascanius, meriti tanti non immemor unquam.
 Imò ego vos, cui sola salus gentiore reducto,
 Excipit Ascanius, per magnos Nisæ penates,
 Assaraciq; Larem, & cæna penetratæ Vestæ,
 Obsecro, (quacumq; mihi fortuna, fidesq; est,
 In vestris pono gremijs) reuocate parentem:
 Reddite conspectum: nihil illo triste recepto.
 Bina dabo argento perfectæ, atq; aspera signa
 Pecula, deuictæ genitor qua caput Arisba:
 Et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
 Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
 Si verò capere Italiam, sceptruq; potiri
 Contigerit victori, & prædæ ducere sortem:
 Vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
 Aureus? ipsum illum clypeum, cristasq; rubentes
 Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nisæ.
 Præterea bis sex genitor lectissima matrum
 Corpora, captiuosq; dabit, suaq; omnibus arma.
 Insuper id campi, quod rex habet ipse Latinus.
 Te verò, mea quem spacijs propioribus ætas
 Insequitur, venerande puer, iam pectore toto
 Accipio, & comitem casus complector in omnis.
 Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus,
 Seu pacem seu bella geram: tibi maxima rerum
 Verborumq; fides. contra quem talia satur

Euryalus, me nulla dies tam fortibus ausis
 Dissimilem arguerit: tantum: fortuna secunda
 Aut aduersa cadat. sed te super omnia dona,
 Vnum oro: genitrix Priami de gente vetusta
 Est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
 Mecum excedentem, non mœnia regis Acestæ.
 Hanc ego nunc ignarâ huius, quodcumq; periculi est,
 Inq; salutatam linquo (nox, & tua testis
 Dexterâ) quod nequea lacrymas perferre parentis.
 At tu, oro, solare inopem, & succurre relicta:
 Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
 In casus omnes. perculsa mente dederunt
 Dardanida lacrymas, ante omnes pulcer Iulus,
 Atq; animum patria strinxit pietatis imago.
 Tum sic affatur:
 Spondeo digna tuis ingentibus omnia captis.
 Namq; erit ista mihi genitrix, nomenq; Creusæ
 Solum defuerit: nec partum gratia talem
 Parua manet, casus factum quicumq; sequitur.
 Per caput hoc iuro, per quod pater antè solebat:
 Que tibi polliceor reduci, rebusq; secunda:
 Hæc eadem matrig; tuæ, generiq; manebunt.
 Sic ait illacrymans: humero simul exiit ensẽm
 Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
 Gnosius, atq; habilem vagina aptarat eburna.
 Dat Niso Mnestheus pellem, horrentisq; leonis
 Exuvias, galeam fidus permutat Alethes.
 Protinus armati incedunt. quos omnis euntes
 Primorum manus ad portas inueniuntq; senumq;

v. l. g. o. r.
 v. l. p. c. r. a.

Prosequitur votis, nec non & pulcer Iulus,
 Ante annos animumq; gerens curamq; virilem,
 Multa patri portanda dabat mandata, sed aura
 Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.
 Egredi superant fossas, noctuq; per vimbram
 Castra mimica petunt: multus tamen ante futuri
 Exitio: passim vino somnoq; per herbam
 Corpora fusa vident, arreptos litore currus,
 Inter lora rotasq; viros, simul arma iacere,
 Una simul. prior Hyrtacides sic ore locutus:
 Euryale audendum dextra: nunc ipsa vocat res.
 Hac iter est: tu, ne qua manus se attollere nobis
 A tergo possit, custodi, & consule longè:
 Hac ego vasta dabo, & lato te limite ducam.
 Sic memorat, vocemq; premit: simul ense superbum
 Rhannetem aggreditur, qui sorte tapetibus altis
 Extructus, toto proslabat pectore somnum,
 Rex idem, & regi Turno gratissimus augur.
 Sed non augurio potuit depellere pestem.
 Treu iuxta famulos temerè inter tela iacentes,
 Armigerumq; Rhemi premit, aurigamq; sub ipsis
 Natus equis, ferroq; secat pendentia colla.
 Tum caput ipsi aufert domino, truncumq; relinquit,
 Sanguine singultantem, atro tepefacta cruore
 Terra, toriq; madent. nec non Lamyrumq; Lamūq;
 Et iuvenem Serranum, illa qui plurima nocte
 Luserat insigni facie, multoq; iacebat
 Membra deo victus, felix si protinus illum
 Aequasset nocti ludum, in lucemq; tulisset.

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans,
 (Suadet enim vesana fames) mandatq; trahitq;
 Molle pecus, murumq; metu, fremitu ore cruento:
 Nec minor Euryali cades, incensus & ipse
 Perfurit, ac multam in medio sine nomine plebem,
 Fadumq; Hebesumq; subit, Rhœthumq; Abarumq;
 Ignaros: Rhœtum vigilantem, et cuncta videntem.
 Sed magnū metuens, se post cratera tegebat,
 Pectore in aduerso totum cui cominus ensē
 Condidit assurgenti, & multa morte recepit.
 Purpureā vomit ille animā, & cum sanguine missa
 Vina refert moriens, hic furto feruidus instat.
 Iamq; ad Messapi socios tendebat, vbi ignem
 Descendere extremum, & religatos ritē videbat
 Carpere gramen equos, breuiter cum talia visus:
 (Sensit enim nimia cade, atq; cupidine ferri)
 Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat:
 Poenarum exhaustum satis est: via facta per hostes.
 Multa virū solido argento perfecta relinquunt,
 Armāq; craterasq; simul, pulcrosq; tapetas.
 Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
 Cingula, Tyburri Remulo ditissimus olim
 Qua mittit dona hospitio, cum iungeret abens,
 Cadicus: ille suo moriens dat habere nepoti.
 Post mortem, bello Rutuli, pradaq; potiti.
 Hæc rapit, atq; humeris nequicquam fortibus aptat.
 Tum galeam Messapi habilem, cristisq; decoram
 Induit. excedunt castris, & tuta capeffunt.
 Interea præmissi equites ex vrbe Latina,

Cetera dum legio campis instructa moratur,
 Vant, & Turno regi responsa ferebant:
 Ter centum, scutati omnes, Volscente magistro.
 Iamq; propinquabant castris, muroq; subibant:
 Cum procul hos læno flectentes limite cernunt,
 Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
 Prodidit immemorem, radijsq; aduersa refulsit.
 Haud temerè est visum, cõclamat ab agmine Volscès:
 Stato viri, quæ caussa via? quid estis in armis?
 Quomodo tenetis iter? nihil illi tendere contra,
 Sed celerare fugam in sylvas, & fidere nocti.
 Obiciunt equites sese ad amictia nota
 Hinc atq; hinc, omnemq; aditum custode coronant.
 Sylua fuit latè dumis atq; ilice nigra
 Horrida, quam densi complerant vndiq; sentes:
 Rara per occultos ducebat semita calles.
 Euryalum tenebrae ramorum onerosaq; præda
 Impediunt, fallitq; timor regione viarum.
 Nisus abijt, iamq; imprudens euaserat hostes,
 Atq; lacos, qui post Alba de nomine dicti
 Albani: tum rex stabula alta Latinus habebat.
 Vi stetit, & frustra absentem respexit amicum:
 Euryale infelix, quæ te regione reliqui?
 Quæne sequar? rursus perplexum iter omne reuoluens
 Fallacis sylua, simul & vestigia retrò
 Obseruata legit, dumisq; silentibus errat.
 Andit equos, audit strepitum, & signa sequentum.
 Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
 Retinet, ac videt Euryalum, quem iam manus omnis

Fraude loci, & noctis, subito turbante tumultu,
 Oppressum rapit, & conantem plurima frustra.
 Quid faciat? qua vi iuuenem, quibus audeat artem
 Eripere? an sese medios moriturus in hostes
 Inferat? & pulcrum properet per vulnera mortis
 Ocius adducto torquens hastile lacerto,
 Suspiciens altam lunam, sic voce precatur:
 Tu dea, tu praesens nostro succurre labori,
 Astrorum decus, & nemorum Latonia custos:
 Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aru
 Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
 Suspendiue tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
 Hunc sine me turbare globū, et rege tela per arua,
 Dixerat: & toto connixus corpore ferrum
 Coniicit, hasta volans noctis diuerbat umbras
 Et venit aduersi in tergum Sulmonis, ibiq;
 Frangitur, ac fixo transit praecordia ligno.
 Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen
 Frigidus, & longis singultibus illa pulsat
 Diuersi circumspiciunt: hoc acrior idem
 Ecce aliud summa telum librabat ab aure.
 Dum trepidant, it hasta Tago per tempus vitruū,
 Stridens, traiecitq; hasit tepefacta cerebro.
 Sauiat atrox Volscens, nec teli conspicit vsquam
 Autorem, nec quod se ardens immittere possit.
 Tu tamen interea calido mihi sanguine penas
 Persolues amborum, inquit, simul ense recluso
 Ibat in Euryalum: tunc verò exterritus, amens
 Conclamat Nisus: nec se celare tenebris

Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.
 Me me, assu[m] qui feci, in me conuertue ferrum
 Rutuli: mea fraus omnis: nihil iste, nec ausus,
 Nec potuit: cælum hoc, & conscia sidera testor,
 Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
 Talia dicta dabat. sed viribus ensis adactus.
 Transadigit costas, & pectora candida rumpit.
 Voluit Euryalus letho, pulchrosq[ue] per artus
 Ruer, inq[ue] humeros cervix collapsa recumbit.
 Purpureus veluti cum flos succisus aratro
 Languescit moriens, lassoue papauera collo
 Demisere caput: pluuia cum sorte grauatur.
 At Nisus ruit in medios, solumq[ue] per omnes
 Volcentem petit, in solo Volcente moratur:
 Quē circū glomerati hostes, hinc cominus atq[ue] hinc
 Proturbant: instat non segnius, ac rotat ense[m]
 Fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
 Condidit aduerso, & moriens animam abstulit hosti.
 Tum super exanimem sese proiecit amicum
 Consoffus, placidaq[ue] ibi demum morte quieuit.
 Fortunati ambo: si quid mea carmina possunt,
 Nulla dies vnquam memori vos eximet aeo:
 Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum
 Accolet, imperiumq[ue] pater Romanus habebit.
 Victores prada Rutuli, spolijsq[ue] potiti,
 Volcentem exanimem flentes in castra ferebant.
 Nec minor in castris luctus, Rhannete reperto
 Exangui, & primis vna tot caede peremtis,
 Ferratq[ue] Namaq[ue]: ingens concursus ad ipsa
 Corpora,

Corpora, seminecesq; viros tepidaq; recentem
 Cede locum. & plenos spumanti sanguine riuos,
 Agnoscunt spolia inter se, galeamq; nitentem
 Messapi, & multo phaleras sudore receptas.
 Et iam prima nouo spargebat lumine terras
 Tuhoni croceum linquens aurora cubile:
 Iam sole infuso, nam rebus luce reiectis,
 Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse
 Suscitatur: arataq; acies in praelia cogit
 Quisq; suas: varijsq; acuunt rumoribus iras.
 Quin ipsa arrectus (visu miserabile) in hastis
 Praefigunt capita, & multo clamore sequuntur,
 Euryali, & Nisi.

Aeneadae duri murorum in parte sinistra
 Opposuerunt aciem (nam dextra cingitur ammi)
 Ingentesq; tenent fossas, & turribus altis
 Stant mæsti: simul ora virum praefixa videbant,
 Nota nimis miseris, atq; fluentia tabo.
 Interea pauidam volitans pennata per urbem
 Nuncia fama ruit, matrisq; allabatur aures
 Euryali, ac subitus misera calor ossa reliquit:
 Excusi manibus radij reuolutaq; pensa.
 Euolat infelix, & semineo vlulatu
 Scissa comam, muros amens, atq; agmina cursu
 Prima petit: non illa virum, non illa pericli,
 Telorumq; memor: caelum dehinc questibus implet:
 Hunc ego te Euryale aspicio? tunc ille senecta
 Sera mea requies? potuisti linquere solam
 Crudelis? nec te sub tanta pericula missum

Mari extremum misera data copia matri?
 Huius terra ignota canibus date prada Latinis,
 Almiusq; iaces: nec te tua funera mater
 Produxi, pressit oculos, aut vulnera laui,
 Vixte regens, tibi quam noctes festina, diesq;
 Vixebam, & tela curas solabar aniles.
 Quo sequar? aut que nunc artus, auulsaq; membra,
 Et summo lacerum tellus habet? hoc mihi de te
 Nate refers? hoc sum terraq; mariq; secuta?
 Egre me, si qua est pietas, in me omnia tela
 Coniicite o Rutuli, me primum absumite ferro:
 Aut tu magne pater diuinum miserere, tuoq;
 Iussum hoc detrude caput sub tartara telo:
 Quando alter neque crudeliem abrumpere vitam.
 Hoc fletu concussi animi, maestusq; per omnes
 In gemitu: torpent infracta ad praelia vires.
 Illam incendente luctus, Idæus, & Actor
 Lionei monitu, & multum lacrymantis Iuli
 Corripunt, interq; manus sub tecta reponunt.
 At tuba terribilem sonitum procul are canoro
 Incepit, sequitur clamor, cœlumq; remugit.
 Accelerant acta pariter testudine Volsci,
 Et fossas implere parant, ac vellere vallum.
 Querunt pars aditum, & scalis ascendere muros;
 Quæ rara est acies, interlucetq; corona
 Non tam spissa viris: telorum effundere contra
 Omne genus Teucri, ac duris derrudere contus,
 Assueti longo muros defendere bello.
 Saxa quoq; infesto voluebant pondere, si quæ

S' i

Possent

Possent testam aciem perrumpere, cum tamē omnes
 Ferre libet subter densa testudine casus.
 Nec iam sufficiunt: nam quæ globus imminet ingi-
 Immanem Teacri molem voluuntq; ruuntq; :
 Quæ strauit Rutulos latè, armorumq; resolu-
 Tegmina: nec curant cæco contendere Marte
 Amplius, audaces Rutuli, sed pellere vallo
 Missilibus certant.

Parte alia, horrendus visu, quassabat Hetruscum
 Pinum, & fumiferos infert Mezentiis ignes.
 At Messapus equum domitor, Neptunia proles,
 Rescindit vallum, & scalas in mœnia poscit.
 Vos, ô Calliope, precor, aspirate canenti,
 Quas ibi cum ferro strages, qua funera Turnus
 Ediderit, quem quisq; virum demiserit Orco:
 Et mecum ingentes oras euoluite belli:
Et meministi enim diuæ, & memorare potestis.
 Turris erat vasto suspectu, & pontibus altis,
 Opportuna loco: summis quam viribus omnes
 Expugnare Itali, summaq; euertere opum vi
 Certabant, Troës contra defendere saxis,
 Perq; cauas densi tela intorquere fenestras.
 Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
 Et flammam affixit lateri, quæ plurima vento
 Corripuit tabulas, & postibus hæsit adestis.
 Turbati trepidare intus, frustra, malorum
 Velle fugam, dum se glomerant, retroq; residunt
 In partem, quæ peste caret: tum pondere turri
 Procubuit subito, & cælum tonat omne fragore:

demineces ad terram, immani mole secuta,
 Confixaq; suis telis, & pectora duro
 Transfossi ligno veniunt. vix vnus Helenor,
 Et Lycus elapsi, quorum primaeuus Helenor,
 Maconio regi quem serua Lycimnia furim
 Sulsulerat, vetitissq; ad Troiam miserat armis,
 Ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba.
 Vbi se Turni media inter millia vidit,
 Hinc acies atq; hinc acies astare Latinas:
Verax, quae densa venantum septa corona
Contratela furit, seseq; haud nescia morti
Impicit, & saltu supra venabula fertur:
 Haud aliter iuuenis medios moriturus in hostes,
 Irruit, & quâ tela videt densissima, tendit.
 At pedibus longè melior Lycus, inter & hostes
 Inter & arma fuga muros tenet, altaq; cerrat
 Prendere tecta manu, sociumq; attingere dextras.
 Quem Turnus pariter cursu, teloq; secutus
 Increpat his victor: nostrâne euadere demens
 Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
 Pendentem, & magna muri cum parte reuellit.
 Quatu vbi aut leporè, aut candenti corpore cygnû
 Sustulit, alta petens, pedibus Iouis armiger vncu:
 Quasitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à stabulis rapuit lupus, vndiq; clamor
 Tollitur: inuadunt, & fossas aggere complent.
 Ardentes tadas alij ad fastigia iactant.
 Mioncus saxo, atq; ingenti fragmine montis
 Lucetium porta subeuntem, igneq; ferentem,

Ematbiona Liger, Chorinaum sternit Asila,
 Hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta.
 Ortygium Caneus, victorem Canea Turnus,
 Turnus Ilyn, Cloniumq;, Dioxippum, Promulmonem
 Et Sagarim, & summis stantem pro turribus Idae
 Priernum Capys. hunc primo leuū hasta Tiberis
 Sirinxerat: ille manum proiecto regimine demens
 Ad vulnus tulit: ergo alis allapsa sagitta,
 Et leuo infixa est lateri manus, abditaq; intus
 Spiramenta anima lethali vulnere rapit.
 Stabat in egregijs Arcentus filius armis,
 Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus ibidem,
 Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
 Eductum Martis luco, Simethia circum
 Flumina, pinguis vbi, & placabilis ara Palici.
 Stridentem fundam, positis Mecentius armis,
 Ipse ter adducta circum caput egit habenas:
 Et media aduersi liquefacto tempora plumbo
 Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
 Tum primum bello celerem intendisse sagittam
 Dicitur, ante seras solitus terrere fugaces
 Ascanius, sortemq; manu fudisse Numanum,
 Cui Remulo cognomen erat, Turniq; minorem
 Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
 Is primam ante aciem, digna atq; indigna relictis
 Vociferans, tumidusq; nouo praeordia regno
 Ibat, & ingenti sese clamore ferebat.
 Non pudet obsidione iterum, valloq; teneri
 Ea capiti Phryges? & morti praeendere muros?

En, qui nostra sibi bello connubia poscunt.
 Qui deus Italiam, quæ vos dementia adigit?
 Non hic Atridæ, nec fandi victor Vlysses.
 Durum à stirpe genus, natos ad flumina primùm
 Deserimus, sanosq; gelu duramus, & vndis.
 Venatu inuigilant pueri, siluasq; fatigant:
 Fletere ludus equos, & spicula tendere cornu.
 At patiens operum, paruq; assueta iuuentus,
 Aut rastro terram domat, aut quatit oppida bello.
 Omne auum ferro teritur, versaq; iuuentum
 Terga fatigamus hasta: nec tarda senectus
 Debilitat vires animi, mutatq; vigorem:
 Canicem galea premimus, semperq; recentes
 Consectare iuuat pradas, & viuere rapto.
 Vobis picta croco, & fulgenti murice vestis;
 Desidia cordi: iuuat indulgere choreis,
 Et tunice manicas, & habent redmiculâ mitra.
 O verè Phrygia (neq; enim Phryges) ite per alta
 Dindyna, vbi assueti biforem dat tibia cantum.
 Tympana vos, buxusq; vocat Berecynthia matris
 Idæ: sinite arma viris, & cedite ferro.
 Talia iactantem dictis, ac dira canentem
 Non tulit Ascanius, neruoq; obuersus equino
 Contendit telum, diuersaq; brachia ducens,
 Constitit ante Iouem, supplex per vota precat:
 Iuppiter omnipotens audacibus annue cæptis.
 Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona,
 Et statuam ante aras aurata fronte iuuentem
 Candentem, pariterq; caput cum matre ferentem:

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
 Audijt, & cœli genitor de parte serena
 Intonuit laeum, sonat vna leuifer arcus,
 Et fugit horrendum stridens elapsa sagitta,
 Perq; caput Remuli venit, & caua tempora feri
 Traicit. I, verbis virtutem illude superbis.
 Bis capti Phryges hac Riuulus responsa remittunt.
 Hac tantum Ascanius. Teucri clamore sequuntur.
 Leticiaq; fremunt, animosq; ad sidera tollunt.
 Aetherea dum fortè plaga cernitur Apollo
 Desuper Ausonias acies, vrbeinq; videbat
 Nube sedens, atq; his victorem affatur Iulum:
 Maeste noua virtute puer, sic itur ad astra,
 Djs genite, & geniturse deos, iure omnia bella
 Gente sub Assarici fato ventura resident.
 Nec te Troia capit. simul hac effatus, ab alto
 Aethere se mittit, spirantes dimouet auras,
 Ascanium petit. forma dum vertitur oris
 Antiquum in Buten. hic Dardanio Anchise
Armiger antè fuit, fidusq; ad limina custos:
 Tum comitem Ascanio pater addidit. ibat Apollo
 Omnia longæuo similis, vocemq; coloremq;
 Et crines albos, & seua sonoribus arma.
 Atq; his ardentem dictis affatur Iulum:
 Sit satis Aeneade telis impune Numanum
 Oppetisse tuis: primam hanc tibi magnus Apollo
 Concedit laudem, & paribus non inuidet armis:
 Cetera parce puer bello. sic orsus Apollo
 Mortales, medio aspectus sermone reliquit.

Et procul in tenuem ex oculis euauit auram.
 Agnouere deum proceres, diuinagq; tela
 Dardanida, pharetramq; fuga sensere sonantem.
 Ergo audium pugna, dictus ac numine Phœbi,
 Alcanium prohibent: ipsi in certamina rursus
 Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt.
 In clamor totis per propugnacula muris:
 Intendunt acres arcus, armenta^q; torquent.
 Sternitur omne solum telis. tum scuta, cauaq;
 Dant sonitum fluctu galeæ. pugna aspera surgit.
 Quantus ab occasu veniens pluuialibus Hædus
 Verberat imber humi, quam multo grandine nimbi
 In vada præcipitant, cum Iuppiter horridus Austris,
 Torquet aquosam hyemem, & celo caua nubila rum-
 Pandus, & Biriæ Idæo Alcanore creti, (pit.
 Quos Iouis eduxit lupo siluestris Hiera,
 Abietibus iuuenes patrijs, & montibus æquos,
 Portam, qua ducis imperio commissa, recludunt
 Freti armis, ultroq; inuitant mœnibus hostem.
 Ipsi intus dextra, ac laua pro torribus astans
 Armati ferro, & cristis capita alta corusci:
 Quales æræ Liquectia flumina circum,
 Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœnum,
 Consurgunt gemina quercus, in tonsaq; celo
 Attollunt capita, & sublimi vertice nutant.
 Irrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentes.
 Continuo Quercens, & pulcer Equicolus armis,
 Et præcepti animi Tmarus, & Mauortius Hamon,
 Agminibus totis aut versi terga dedere,

Aut ipso porta posuere in limine vitam.
 Tum magis increscunt animis discordibus ira:
 Et iam collecti Troës glomerantur eodem,
 Et conferre manum, & procurrere longius audent.
 Ductori Turno diuersa in parte furenti,
 Turbantiq; viros, perfertur nuncius, hostem
 Feruere cade noua, & portas praeberè patentem,
 Deserit inceptum, atq; immani concitus ira
 Dardaniam ruit ad portam, fratresq; superbo:
 Et primum Antiphaten (is enim se primus agbat)
 Thebana de matre nothum Sarpedonũ alii,
 Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
 Aëra per tenerum, stomachoq; infixã sub altum
 Pectus abit: reddit specus atris vulneris undam
 Spumantem, & fixo ferrum in pulmone tepesti.
 Tũ Meropẽ, atq; Erymãtha manu, tũ sternit Aphidẽ.
 Tũ Bitian ardentẽ oculis, animiq; frementẽ: (nam
 Non iaculo (neq; enim iaculo vitam ille dedisset)
 Sed magnũ stridens contorta phalarica venit
 Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
 Nec duplici squama lorica fideli & auro
 Sustinuit. collapsa ruunt immania membra.
 Dat tellus gemitũ, & clypeum super intonat ingens.
 Quale in Euboico Batiarum litore quondam
 Saxea pila cadit, magnũ quam molibus autẽ
 Constructam iaciunt ponto: sic illa ruinam
 Prona trahit, penitusq; vadis illisa recumbit.
 Miscunt se maria, & nigra attolluntur arena.
 Tum sonitu Prochyta alia tremis, duræq; cabile

Iuvine Iouis imperijs imposita Typhæo.
 Hic Mars armipotens animum virescens Latinis
 Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit:
 Immisitq; fugam Teucro, atrumq; timorem.
 Vindicta conueniunt, quoniam data copia pugna:
 Bellatorq; animo deus incidit.
 Pandarus vi fuso Germanum corpore cernit,
 Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res:
 Portam vi multa conuerso cardine torquet.
 Obnixus latu humeris, multosq; suorum
 Manibus exclusos duro in certamine linqvit.
 At alios secum includit, recipitq; ruentes
 Dicens, qui Rutulum in medio non agmine regem
 Vidit irrupentem, vltroq; inclusit vrbi,
 Immanem veluti pecora inter inertia Tigrim.
 Continuo noua lux oculis effulsit, & arma
 Horrendum sonuere: tremunt in vertice crista
 Sanguinea, clypeosq; micantia fulgura mittit:
 Agnoscunt faciem inuisam, atq; immania membra
 Turbati subito Aeneada. tum Pandarus ingens
 Emicat, & mortis fraterna seruidus ira,
 Effatur: non hæc dotalis regia Amata,
 Nec muris cohibet patrijs media Ardea Turnum.
 Castra inimica vides: nulla hinc exire potestas.
 Olli subridens sedato pectore Turnus:
 Incipe, si qua animo virtus, & confere dextram:
 Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem.
 Dixerat, ille rudem nodus & cortice crudo
 Interquet, summis annixus viribus, hastam.

Excepere aura vulnus : Saturnia Iuno
 Detorsit veniens : portaq; insigitur hasta.
 At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
 Effugies : neq; enim is teli, nec vulneris autor.
 Sic ait, & sublatum altè confurgit in ensen,
 Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
 Diuidit, impubesq; immani vulnere malas.
 Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus,
 Collapsos artus atq; arma cruenta cerebro
 Sternit humi moriens : atq; illi partibus equi
 Huc caput, atq; illuc humero ex utroq; pendit.
 Diffugiunt versi trepida formidine Troës.
 Et, si continuò victorem ea cura subisset,
 Rumpere claustra manu, sociosq; immittere portis
 Vltimus ille dies bello gentiq; fuisset.
 Sed furor ardentem cadisq; insana cupido
 Egrot in aduersos.
 Principio Phalerim, & succiso poplite Gygen
 Excipit : hinc raptas fugientibus ingerit hastas
 In tergum (Iuno vires animamq; ministrat)
 Addit Halyn comitem, & confixum Phegea patris
 Ignaros deinde in muris, Martemq; cientes,
 Alcandrumq; Haliumq; Noëmonaq; Prytanimq;
 Lyncea tendentem contra, sociosq; vocantem
 Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
 Occupat, huic vno eiektum comminus ictu
 Cum galea longè iacuit caput. inde ferarum
 Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
 Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno,

Clytium Aeoliden, & amicū Cretea Musis:
 Cretea Musarum comitem: cui carmina semper
 Et cithara cordi, numerosq; intendere nerus:
 Semper equos, atq; arma virūm, pugnasq; canebat.
 Tandem ductores, audita cade suorum,
 Conveniunt Teuceri, Mnestheus, acerq; Sereſtus.
 Palantesq; vident socios, hostemq; receptum.
 Et Mnestheus: quod deinde fugā? quod tenditis? inquit,
 Quos alios muros, quae iam vltra moenia habetis?
 Unus homo, & vestris, o ciues, vndiq; septus
 Aggeribus, tantas strages impune per urbem
 Ediderit? iuuenum primos tor miserit Orco?
 Non infelici patria, veterumq; deorum,
 Et magni Aeneae segnes miseretq; pudetq;
 Talibus accensi firmantur, & agmine densa
 Consistunt. Turnus paulatim excedere pugna,
 Et suum petere, ac partem, quae cingitur anni.
 Acris hoc Teuceri clamore incumbere magno,
 Et glomerare manum, seu sauum turba leonem
 Cum telis premis insens: at territus ille
 Aſper acerba tuens retrò redia: & neq; terga
 Ira dare, aut virtus patitur: nec tendere contrā,
 Ille equidem hoc cupiens, potis est per tela virosq;
 Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus
 Improperata refert, & mens exaſtuat ira.
 Quin etiam bis tum medios inuaſerat hostes,
 Bis conſerſa fuga per muros agmina vertit.
 Sed manus è caſtris properè coit omnis in vnum:
 Nec contrā vires audet Saturnia Iuno

Sufficere : aëriam cœlo nam Iuppiter Irim
 Demisit, germana haud mollia iussa ferentem :
 Ni Turnus cedat Teucriorum mœnibus altis.
 Ergo nec clypeo iuuenis subsistere tantum,
 Nec dextra valet : iniectis sic vndiq; reli
 Obruitur. strepit assiduo caua tempora circum
 Tinnitu galea, & saxis solida æra satiscunt,
 Discussq; tuba capiti : nec sufficit umbo
 Ictibus : ingeminant hastæ & Troës, & ipse
 Fulmineus Mnestheus : tum toto corpore sudor
 Liquitur, & piceum (nec respirare potestas)
 Flumen agit : fessos quatit ager anhelitus æquus.
Tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
In fluvium dedit. ille suo cum gurgite flauo
 Accepit venientem, ac mollibus extulit undas,
 Et latum socijs abluta cade remisit.



